



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1553. usque ad annum 1557

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 9011857X

§. 81. Guisius a Ferrariæ Duce derelictus, ac contra Caraffam questus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66565](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66565)

cem ablegato, & Joanne Capra Lodevensi Sæcul. XVI.
Episcopo apud Senatum Venetum Re- A. C. 1557.
gis Oratore: Attamen discors erat opi-
nantium sententia; quidam enim Cre-
monam, alii vero Parmam, ac denique
nonnulli Senas castra esse promovenda
cenfabant, Guiſius tamen in feſtentia
cum Caraffa perſtabat, & abrupta omni
mora ad Neapolis Regnum recta pro-
perandum eſie contendebat.

§. LXXXI.

*Guifius a Ferrariæ Duce derelitus,
ac contra Caraffam questus.*

Cum autem Dux Ferrarensis de am- Thuan. l. 18.
bitioſis juxta, & temerariis eorum Raynald.
confiliis male auguraretur, ipſe, quam- hoc ann. n. 7.
vis ex fœdere supremus eſſet Bellidux,
veritus, ne milite ſecum longius abducto
interea inde ab octavio Farnetio, &
Mediolanenſibus præſidiariis, inde a
Cosma domi opprimeretur, ſententiam
ſuam mutare omnino renuit, ac fruitra
illum follicitante Caraffa Cardinale non-
niſi tormenta, pulvrem pirium, &
reliquum beili apparatus ultro, prout
tenebatur, ſuppeditare pollicitus eſt.
Guifius itaque relicto Socero ſuo cum Ca-
raffa Cardinale Bononiam proficiſcit, ubi
 magna ſpecietenus vulgi lætitia
exceptus, cum videret, nihil eorum,
quæ promiſſa fuerant, præſtari, &
pedi-

Sæc XVI.
A C 1557

peditatum nondum convenisse, gravi-
ter cum Caraffa conquestus est, qui
factum excusans temporis angustias
caussabatur affirmans, quod duodecim
millia peditum in Piceno conscribi jussis-
set. Interea Ferrariensis relicto in exer-
citu Alphonso Estensi filio suo Venetias
perrexit, ubi a Senatu, qui ultro obviam
ei processit, octava idus Martii honori-
fice exceptus, atque in ædes suas de-
ductus est, ubi ter in colloquium se-
cretum admissus cum Principe, & de-
lectis Senatoribus egit, nec non ratio-
nes, quibus inductus foedera subscripsit,
coram eis fusius exposuit, significans,
quod ob fidem, Pontifici, qui nunc
bello injusto petitur, præsto esse tenea-
tur, ut injurias a Philippo Rege ac-
ceptas vindicaret, atque ad id ob ar-
ctam cum Rege Galliæ affinitatem
adstringeretur: postea hac super re-
cōsilium ipsorum exposcebat: verum illi
tantum responderunt, quod ipse innata
prudentia, & longo rerum usu instru-
ctus, quid e re sua sit, fatis videat, nec
consultoribus egeat: Veneti autem in
amicitia, quam cum ipso & Duce de-
functo ejus Patre hactenus coluerint,
constanter permansuri forent.

§. LXXXII.



§. LXXXII.

Sæcul. XVI
A.C. 1557.

*Guisii Duci exercitus Romam
delatus.*

Postquam Neapolitani Regni invasio
esset decreta, consultantibus Ca-
rappa Cardinale, ac Guisio Duce, qua
parte in regnum impetus fieret, tan-
dem tutior visa est via, quæ per Fir-
num, Asculum, & Civitellam iter
pandit. Ergo Guisius Bononia digres-
sus forum Cornelii, & Ravennam pe-
tit, & inde per Picenum itinere facto
Faventiam, Livii forum, Cæsenam, ac
postremo Ariminum pervenit, ubi Pau-
lus Jordanus Ursinæ familæ Princeps,
ac Cosmæ gener Pontificis jussu se cum
ipso conjunxit, & præmisso inde Effe-
exercitu ipse Pisaurum, ut cum Urbi-
natium Duce ageret, profectus est, de-
mum vero veredariis equis Romam ad
salutandum Pontificem cum Carappa con-
tendit, ubi etiam feria tertia ante ver-
num jejuniū cum magno populi ap-
plausu exceptus cunctis honorum signis
cumulabatur, urbem ingressus, perinde
ac si insignem reportasset victoriam: ad-
eo enim populus tripudiabat, huncque
Virum veluti Liberatorem suum vene-
rabatur, insuper eundem Magistratus,
quamprimum ille urbis portam ingres-
sus, ac arcem S. Angeli prætervectus

Hist. Eccles. Tom. XLII. II erat,